

328.

possit intellegi. hunc puto ignem sedisse sup linguas  
apostolorum omniūq; credentium. quando linguis uarias lo  
quebantur. & omnes erroris fugabant corda eorum. qui re  
cipiebant sermonē dñi. Quod autē sequitur quasi tempestas  
currus siue quadrigae eius. psalmsq; discretius exemplis.  
In quibus scriptum ē. Dñs manifeste ueniet dñs n̄r & notacebit.  
Ignis antecum ardebit in circuitu eius tempestas ualida. Et  
alibi. Currus dñi decem milibus multiplicat milia laetantiū.  
his curribus & equis heliseus erat circumdatus. Quo puer  
eius uidere non poterat. Unde ait. Dñe aperi oculos pueri  
huius & uideat. & apertis inquit oculis uidit currus & qua  
drigas & equos p̄cursum. hoc curru igneo & helias raptus  
ad celum ē. quando clamabat heliseus. p̄t̄ mi pater mi.  
currus isrl̄ & auriga eius. Haec autē uniuersa narrat.  
Non quo dñs aut currus habeat aut quadrigas. aut equorum  
uelocitate portetur. De quo alibi scriptum ē. qui ambulat  
sup pennas uentorum. sed quomodo in solio sedere dicitur.  
Quando adsumit habitum iudicantis. sic quando ad iudic  
tam uenit ut debellat aduersarios. In habitu uictoris  
& triumphantis ostenditur. De furore crebro diximus  
dñi. quod sic accipi debeat. Quomodo obliuio eius. & pae  
nitentia. & contristatio & affectus. & cetera que dñi non